



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Ad Quæstionem 2. Additio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

ubi latinus per eum, quem sequuntur ibi Ancharen. n. 6. in 12. notab. Franc. in §. si vero
in 1. notab. & Socin. in d. c. receperimus n. 72. de privil. in 6.
Ultimò fuit dictum attentata hinc inde deducta majori ex parte pendere à ne-
gocio principali, & à declaratione quartior casuum in Bulla Sixti teletvatorum, &
propterea non esse devenendum ad aliquam attenuatorum revocationem, sed facie
re confirmare sententiam ultimo loco latam,

Ad Quæstionem 2. Additio.

Legatus sive Nuntius Apostolicus an concurrat cum Ordinario in casibus, qui-
bus ex Concilio Tridentino exempti eidem locorum Ordinatio tanquam Se-
dis Apostolicæ delegato subjiciuntur? affirmativè verius resolvitur, ex his quæ
notab. Ancharen. in c. studijs in 3. notab. de off. leg. ubi dicit generalem delegationem
non tollere ordinariam jurisdictionem. Et per ea quæ tradunt Abb. in c. pastoralis n.
4. & Felic. ibid. de off. ordin. & DD. in l. fin. C. de jurisd. omn. jud. ubi quod jurisdictione per
legem i. tuta centetur cumulativa, non privativa, quod tenet alibi Rot. coram san-
mem. Gregor. XV. dec. 8. n. 3. & quamvis hæc ratio presupponere videatur Legatos
antecedenter habere iurisdictionem in exemptis, quæ ipsis præserveatur, & cum qua-
cumulari possit jurisdictione Episcopi; attamen firmiori ratione eandem quæstionem
decidit Flamin. Paris. de resignat. l. 3. q. 11. in fine dicens, quod ubicunque S. Conc. Tri-
entinali quam jurisdictionem in exemptis Ordinario attribuit, id non solum de E-
piscopo, sed de quocunque habent ordinariam jurisdictionem intelligatur; habet
autem Legatus etiam simplex ordinariam jurisdictionem in sua provincia, ut fuit di-
ctum in Leodium censoriarum coram Remboldo, quæ est dec. 48. par. 4. tom. 2. recent. & in
specie Legatum posse cumulativa visitare Ecclesiæ exemptas, quas possunt Ordinarii
ex decreto S. Concilii resolutum fuisse refert Barbo. in collect. ad Concil. o. 8. sess. 22. de
reform.

Cæterum hodie Legati & Nuntii Apostolici vigore specialium facultatum
procedunt in causis exemptorum etiam regularium, & in his concurrunt cum Audit,
Cameræ teste Fagnin. c. de priore. n. 22. de appell.

Ad Quæst. 4. & 5. Additio.

Ex his quæ supra ad quæst. 32. part. 1. notavimus circa privilegium Eugenianæ, sa-
tis apparet exemptos auctores non posse eos trahere ad suum forum, sed debe-
re eosdem convenire coram Ordinario, Rot. decis. 716 par. 4. divers. & in Mediolanen.
bonorum 28. Martii 1594. coram Cardin. Millino apud Marchesan. de commiss. tom. 2.
fol. 462.

Q. 2.